

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Stultifera navis**

**Brant, Sebastian**

**Paris, 1498**

Epigramma in Narragoniam Jacobi

[urn:nbn:de:bsz:31-65093](#)

## Epigramma in Narragoniam Jacobi

Locher philomusi.ad lectores.

Ad Lecto  
res.

Nauem stultorum iucundo scōmiae promisit  
Brant:cuius celebris fama decusq; uiger.  
Quam Satyrā uocitare queo : nam candida págit  
Munera uirtutum:conterit atq; probrum.  
Efficere argiuus uix hoc potuisse Homerus  
Qui lusit ueterum prelia magna ducum:  
Sydere sub fausto nascentia fata tulisti  
Preceptor dulcis:ingenuusq; comes:  
Quos tibi concessit uernacula língua lepores  
In latios uerram simplicitate modos.  
Currite qui nostrum cupitis concendere nauem:  
Transit ad h̄esperium iam bene pícta fretum.  
Alter ad obliquos conuertit brachia remos.  
Alter stultigerum candida uela gerat.  
Currite:iam properat cursu compulsa tríremis:  
Et mare iam medió n carbaña nostra tenent.

## Ad Narragoniam

Psalmo  
CVi. Hi sunt qui descendunt mare in nauibus/ faciétes  
opatiōes in aquis multis. Ascendunt usq; ad celos :  
& descēdunt usq; ad abyssos : anima eorū in malis  
tabescet.. Turbari sunt & moti sūt sicut ebrius:  
& oī sapientia eorū deuorata est. Psalmo.cVi.

Ad Iohannem Bergmānum de olpe.  
Iacobi Locher decato stichon.  
Tempore foelici currunt prēsentia cursu:  
In quibus Aonias euehis Olpe deas.  
Nostrates,claros solus facis esse poeras:  
Scripta palatino das quoq; nostra Icui.